



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De obedientia. Cap. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

**296. S. BONAVENTURA**

contra aliū nobilem exercere. Iob: Quis deū  
ut yeniat petītio mēā, &c. Et hæc mihi sit consolatio, ut afflīgens me dolore, non parcat. Ad  
Corinth. Placeo mihi in infirmitatibus meis,  
in contumeliis & necessitatibus, in angustiis,  
**Deut. 33, 19** in persecutionibus pro Christo. Deuter. Im-  
molabūt victimas iustitiae, qui inundationem  
matis quasi lac sugent; qui ex crescente ambi-  
tudine cuiuslibet aduersitatis quasi lacte con-  
solationis hilarescent. Et hi victimas iustitiae  
immolant: quia secundūm beatum Grego-  
rium, maioris est meriti aduersa patienterio-  
lerare, quām bonis operibus insudare. Qui  
ergo ex desiderio placendi Deo, sibi aduersa  
aliquando infert, castigando corpus, & men-  
tem mortore & contritione afficiendo; cur non  
etiam libenter sufferat, cūm ab alio insertur?  
occasio patiënti, vnde vel corpus affligitur, vel  
animus humiliatur, cūm maioris sit meriti  
hæc pati equanimitate ab alicui quām semetipso?  
Et qui semetipsum villem & reprehensibilem  
iudicat, cur non patienter accipit quando alius  
idem sibi infert, quod de seipso sentit? cūm  
nullius iudicium tam timendum sit post Dei,  
sicut suipius. Conscientia enim cuiuslibet  
grauior in iudicio, quām omnium aliorū erit  
præter Deum. Hic apparet quod rara virtus  
perfecta. Vera enim humilitas sic gaudet ab  
alio humiliari, sicut à se: Et vera patientia ita  
libenter sustinet aduersa ab aliis illata, sicut à  
se procurata, quantum spectat ad se.

*De obedientia.*

**C A P. XXXVII. I.**

**E**T quia obedientia ex charitate & humili-  
tate & patientia nascitur, de ea aliquid ad  
ædificationem aliorū breviter videamus: quia  
in

in omni religione summè utilis & necessaria est. Obedientia igitur est propriæ voluntatis Obedientia subiectio arbitrio superioris ad licita & honesta. quid.

Obediendum est autem soli Deo propter se, cuius serui sumus proprij; vel creaturæ rationali vice Dei, Angelo vel homini, in his que Deus à nobis requirit, & quæ ad Deum ducunt.

*Cur sit obediendum aliis.*

## C A P. XXXIX.

**R**ATIO obedientiæ triplex est. Vna quia Alij alii cur debent subiecti.

Romnis creatura ita est ordinata à Deo, quod licet ipse Deus omnibus & singulis ita præsit, ut ab ipso solo accipiunt quod sunt & habent & possunt; tamen propinquiora sibi non loco, sed similitudine, pleniùs accipiunt ab ipso quod inferioribus & sibi propinquioribus influant; & illa iterū suis inferioribus usq; ad infinitum: ut inferiora superioribus subdiantur, & superiora inferioribus præsint, & ea regant; ut summa mediis, & media præsint iunioribus. Sic Angeli superiores inferioribus præsunt; & cælestia terrenis; & irrationalibus rationabilis. Genes. Faciamus hominem, &c. & præsit piscibus maris & volatilibus cæli, & bestiis terræ. ad Rom. Omnis anima potest statibus sublimioribus subdita sit. Substantia enim diuina ita eleuata & segregata est ab omni creatura, quod inferiora immediatè motum eius sustinere vel suscipere non possunt, nisi mediantibus superioribus, cum ipse immotus in se omnian inessibiliter moueat & gubernet: ita ut nihil sit omnibus eo præsentius, & nihil incomprehensibilius. Secunda ratio est, quod cum nōdum sit omnibus datum esse docibiles Dei, ne ignari errent à via Dei, qua necesse est eos peruenire ad gloriam cælestem, expedit ut se-

T S quantus